

FIRST TRACT

§1.3.0

Third Article of the First Tract

The third article will show that the rights of succession and primogeniture should be conferred upon the first-born son of the king, notwithstanding that, at age 17,¹ he does not have the effective age of majority 25 years.

§1.3.1

1st conclusion. The governance and rule of things differ in two ways: that which belongs by its own formed right, or in the thing itself, and that which belongs by a right assigned to it.

§1.3.2

2nd conclusion. A youth younger than 25 holds a thing in its own proper right, as a legitimate person, even though he be less than said age of majority; further, canon law allows that a youth of less than 25 years has a ius formatum; wherefore it follows that when the king is impaired, rule of the kingdom belongs to him who has attained the age of 14.

§1.3.0

TERTIUS ARTICULUS PRIMI TRACTATUS

Circa tertium articulum in quo videndum est, an iura successionis & primogeniturae conferant regni regimen illustrissimo domino Dalphino regis primogenito, xvii. agentium an[25v]num minori aetate, aetate xxv. annorum non obstante. Pro eius manifestatione ponuntur conclusiones sequentes.

§1.3.1

Prima conclusio, quòd rerum gubernatio & regimen est in duplici differentia: Quoddam competit iure proprio formato aut in re propria, ut regimen quod competit domino vel quasi aut simili in re sua iuxta l. in re mandate, C. manda. [Cod., 4, 35, 21]. Aliud regimen est quod competit iure commisso non proprio, & in re aliena, ut est regimen consulatus & villae, vel civitatis vel similis.

§1.3.2

Secunda conclusio, quòd regimen quòd competit iure proprio, seu in re propria minori annis xxv. pubes, saltem habet legitimam personam & ideo illi competit, ut in §. l. de cura. §. item inviti in tex. [?PENDING] et in glo. [Instit., 1, 23], ubi patet quòd puberi defertur & competit bonorum suorum regimen, nec cogitur suscipere curatorem, ad idem c. fi. de iudi in vi. [Lib. Sext., 2, 1, 3], ubi patet quòd in beneficiis & aliis administrationibus in quibus minor xxv. annis habet annum xiv. competit regni regimen rege impleto regere, nam ius domini habet in regno, & sic iure proprio & in re propria, consequenter illi competit administratio per iura dicta, licet fortè secus in administrationibus delati non iure proprio sed commisso, & in re aliena tunc minor aetas videtur obesse, ut l. ad rem publicam, de mune. & hono. [Dig., 50, 4, 6] & l. non tantum & l. spurii, de decur. [Dig., 50, 2, 11 & 6], nisi consuetudo aliud haberet, ut ea l. non tantum, §fi. [Dig., 50, 2, 11].

¹ Charles VII was born on 22 February 1403.

FIRST TRACT

§1.3.3 *3rd conclusion. Certain public administrations are conducted by rectors and governors, assisted by the council and judgment of nobles, patricians and wise men; and the same is true of ducal realms and the most exalted magistracies.*

§1.3.4 *4th conclusion. Most public realms—such as the kingdom of France, which should be governed with the counsel of the most prominent, wise and illustrious men—belong to one who has reached his majority of 25 years; and in these realms they hold sway as a legal person, especially when rule is conferred in its own right and in the thing itself, although it may be otherwise when a rule is commissioned not by the counsel of the wise but is governed by the judgment of rectors.*

§1.3.3 Tertia conclusio, quòd administrationes publicae quaedam genuntur per rectores & gubernatores cum consilii & arbitrio procerum, optimatum, & virorum sapientum, & regna ducatus & sublimes potestates, ut l. humanum, C. de legit. [Cod., 1, 14, 6] & c. ad apostolicae, §nos autem, de re iudic. lib. 6 [Lib. Sext., II, 14, 2] et Hester i. ca. [Esther, 1. 13], ubi text. ait Rex interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei adhaerebant, & illorum faciebat cuncta [consilio scientium leges](#)^{†gl} et iura maiorum, &c, pro quo expressè quae habentur per Philosophum in iii. polit. [Aristotle, Nic. ethics, 1286a] Quaedam gerantur arbitrio rectorum non adhiberi solitis consiliariis, ut in administratione tutelari & simili. Quaedam sunt administrationes, quarum actus est consulere & non sonsuli, ut administratio decurionum & consiliariorum, ut infra dicitur. [26r]

§1.3.4 Quarta conclusio, quòd regimina publica, ut maximè regnum Franciae (quae consiliari is optimatum virorum prudentum & illustrium geri solent) competunt maiori annis 25, & in illis habent legitimam personam, potissimè quum defertur iure proprio & in re propria, licet secus esset quando regimina commissa non consilio prudentum, sed arbitrio rectorum solent gubernari, ut l. ad rem publicam, de muner. & bono. [Dig., 50, 4, 8] & de excu. tuto. §minores [Instit., 1, 25]. Prima pars conclusionis probatur, nam praeses secundum gloss. potest esse minor xv. annis, ut l. quidam consulebant, de re iudi. [Dig., 42, 1, 57], eo quòd consilio accessoris viri periti regere solet & debet, ut in auth. de iudi. in princ. & §i, [Novella, 82, pref. & c. 1], quod aliter secut esset ut haec habentur, & not. per gloss. in l. spurii, §minorum de decur. [Dig., 50, 2, 6], ut infra prox. plenius dicitur.

FIRST TRACT

§1.3.5 *5th conclusion. As just shown, administration of the realm belongs to the first-born son of the king (who himself may or may not be impaired from ruling) regardless of his being a minor; this truth is proven on one hand (as said in the preceding article) because rule is conferred in the thing itself, and on the other hand because the realm of France is ruled, according to custom, by the counsel of the notables and many wise men (as said in above); and the same is said regarding kings of minor age, as is shown in several scriptural examples of rule by minors.*

§1.3.5 Quinta conclusio ex praemissis, quòd primogenito regis regere impedito vel non, competit regni administratio modo & forma, in praeced. arti. declaratis, minori aetate non obstante, tum quia iure proprio formato, tum quia, ut in praee. articu. declaratum est, regni regimen in re propria defertur, tum quia regnum Franciae consiliis illustrium & multorum prudentium regitur solito more, iuxta praedictas conclusiones, & idem dicitur in regibus annis minoribus, ut illis ad regendum & regnandum non obsit minor aetas, & haec ratione fulciuntur aut auctoritatibus, ut sequenti ratione, nam imperfectio desit & nullum praestat impedimentum; hic dicitur quòd aetas minuit supplet consilii plenitudo. Et ideò dicit Philosophus quòd regna possunt per unum regi, nam prudentia consilii supplet quicquid in persona eius imbecillitatis posset reperiri, ut habetur plenè in iii. Polit. [Aristotle, Politics, 1286a] & est per Egid. de regi. prin. in iii. [Aegid. Romanus, De reg. prin., III:2, 6] pro quo illud, multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, &c, sicut & videmus quòd malitia supplet aliquando aetatem & eius imperfectionem, & tollit imperfectionis effectus, ut l. 1, C. si ma. minor [Cod., 2, 46, 1] se dix. Item in iudice, qui imbecillitatem minoris tutorem non habentis supplet in bonorum possessione agnoscenda, ut l. bonorum, C. de bo. posses. [Cod., 6, 11, 2]. Idem in patre, ut l. si infanti. C. de iur. delib. [Cod., 6, 30, 18]. Idem in assessore & consiliario, qui supplet defectum aetatis praesidis, ut l. quidam consulebant alleg. [Dig., 42, 1, 57] secundum gloss l. spurii, §1 de decurio [Dig., 50, 2, 6]; igitur sublimitas & magnitudo optimatum & sublimium consiliariorum supplet imbecillitatem principis, si qua est, quia multitudo sapientum &c, ut dictum est. Insuper praemissa probantur auctoritatibus sacrae Scriptorae, nam praeter rationes praetactas (ut credo) legitur quòd Ioas regnavit in aetate xiv., iv. Regum cap. xv. [4 Kings, 15], Manasses verò quum duodecim annorum erat, regnare coepit in Iuda, iv. Regum xxii. [4 Kings, 21, 1]. Et sic de aliis multis, similiter & Christus quum xii. annorum esset, administrationem eorum (quae patris quo ad huiusmodi admnistrionem absentis erant) accepit, ut habetur Lucae ii. in fin. [Luke. 2, 42] &c. Posterius in ter[26v]minis nostris ascendendo, quòd patre per infirmitatem regere regnum Franciae impedito, regni regimen devoluatur & pertineat ad eius unigenitum illustrem dominum Dalphinum insolidum & totaliter, licet annis xxv. minorem, adduco historiam iv. Reg xv. [4 Kings, 15, 5] ubi dicitur quòd (quia Azarias rex Iudae erat imperitus regere regnum propter lepram) Iohatam eius filius regebat regnum & iudicabat populum terrae. Et sic administratio regni & regimen propter lepram patris regere impediti, & qui ex hoc habitabat seorsum (ut ibi) fuit ad unigenitum devoluta, & tamen tunc Iohatam erat minor xxii. ann. quod probatur ibidem, nam in eodem cap.

FIRST TRACT

§1.3.6

6th conclusion. Administrations conferred for the purpose of giving counsel should not be conferred upon minors, as one sees in canonical practice, where simple benefice are deferred to youths but not canonical ones, for they require maturity of judgment not needed in benefices.

paulò antè finem legitur & dicitur quòd exinde mortuo Azaria rege, regnavit & fuit rex unigenitus praedictus Iohatam, & quòd tunc (quum Iohatam regnare & rex esse patre defuncto incepit) idem Iohatam erat annorum xxv., ergo ante (quum administrabat & regebat patre vivo & leproso) erat minor xv. Et sic pater per illam historiam ad literam, quòd dominio Dalphino regis Franciae unigenito non obest minor aetas, quominus regimen regni ad illum pertineat, rege per amentiam regere impedito, & hoc confirmatur quia Christus (ut dictum est) administrationem eorum (quae Patris eius erant) quo ad huiusmodi administrationem absentis accepit quum xii. annorum tantum esset, ut habetur Luc. ii. in fi. [Luke. 2, 49], ubi sic inquit, Nescitis, quia in his (quae Patris mei sunt) oportet me esse, igitur, etc. Quod autem consequentia & optima probationis series fiat, & teneat ex dictis historicis. Probatur primo, nam praedictae historiae contingerunt in regno Iudae, quod fuit verum regnum David à Deo probatum, & in quo successit posteritas David usque ad Christum, iuxta id quod habetur Genes. xlix. [Genesis, 49, 10]: Non auferetur regnum de Iuda, etc, & in Psal. [Psalm 123]. Et filii eius in seculum sedebunt super sed meam, & etiam, quia quando regnavit Ioas in aetate vii. annorum, hoc actum fuit per Ionatham sacerdotem magnum, qui Dei mandata obnoxè observabat. Praeterea & Ioas fecit rectè omnia coram domino ad instructionem & doctrinam Ioadis summi sacerdotis, ut dicitur in cap. xii., & consequenter, quia à bonis & fidelibus haec gesta fuere, censenda sunt recta & legitima, quia rectorum & iustorum iustae sunt operationes. Hic in Evan.: Omnis arbor bona, facit fructus bonos. Matt. vii. cap. [Matthew, 7, 17] Caeterum [27r] quòd bona sit consequentia ex actibus & **historiis**^{†gl} praedictis probatur evidenter. Nam Christus optimus argumentator (in quo est omnis ratio scientiae supernae & terrena, etc., & perfecta virtus & sapientia, secundum Ambro. super epist. ad Colo. [PENDING] arguit ex gestis David, ut habetur Matth. xii. [Matthew, 12, 2-5] & Luc. vi. [Luke 6, 2-4] ubi quum quidam Pharisei reprehenderent discipulos, quia in sabbato spicas confortandi gratia manducabant, Iesus arguendo ex eo quòd David & qui cum eo erant intransibiles domum domini, David panes propositionis sumpsit comedit & dedit eis, qui cum eo erant: quos tamen non licebat comedere, nisi solis sacerdotibus responsum fecit illis similiter & Augusti. in sepulchris. (ubi esse debeant) arguit de gestis Ioseph, & de sepulchris regum Israëli & Iudae, ut habetur xiii. q. i. una. [Decretum, II, 13, 1, 1], & similiter Hieron. ut habetur ibidem, c. Ebron. [Decretum, II, 13, 2, 2], similiter August. arguit de eo quòd David praecidit oram chlamydis Saulis, & poenituit, ad demonstrandum, quòd subditi non debeant reprehendere praelatos, etc.

§1.3.6

Sexta conclusio, quòd in administrationibus (quae deferuntur ad praebendum consilium) imbecillitas aetatis obest: sic quòd minoribus aetate officia huius non deferuntur. Probatur

FIRST TRACT

§1.3.7 *7th conclusion. In the highest magistracies, notably in respect to the king or the first-born son, restrictions of this kind do not apply because they are merely civil and the majesty of them is not diminished. This is especially true in the highest dominions, where the ruler does not have a superior by whom he can be judged.*

§1.3.8 *8th conclusion. If, in absence of a first-born son, a legitimate reason has led to the assignment of a coadjutor to the king, the power and office of that coadjutor are eclipsed by the arrival of a first-born son.*

conclusio ab effectu causae propter quam, sive ad quam, igitur, etc., ut l. generaliter. de episc. & cler. [Cod., 1, 3, 40] atque impuberibus simplicia beneficia, non autem canonicae deferuntur aliis conferuntur, quia illa consilii maturitatem requirunt, scilicet non simplicia beneficia, ut no. Arch. in c. nec tempore. de rescr. [Decretales, 1, 3] & ideò decuriones esse non possunt, quum eorum officium sit consilii causa, ut l. pupillus. §decur. de verb. signifi. [Dig., 50, 16, 239] ut dicit gloss in l. spurii, de decur. [Dig., 50, 2, 11 & 6].

§1.3.7 Septima conclusio, hoc fortasse dici potest, quod in supremis potentatibus exceptiones huiusmodi minori aetate contra regem vel primogenitum, nihil impediendi inducunt. Ratio, quem sint merè civiles, ideo etc., & ne maiestas eorum sic minui videatur, argu. l. fi. de consu. [Cod., 12, 3, 5]. Et quasi in aliis plerumque minor aetas non obest, ut l. quidam consulebant, de re iud. [Dig., 42, 1, 57], multominus in supremis dominiis, arg. l. fi. C. de consu. [Cod., 12, 3, 5] & Instit. de pat. pot. §filius [Instit., 1, 12], & maximè in regno non habente superiorem, nam communiter non habet per quem super his faciliter posset iudicari, & sic esset belli occasio, igitur, etc., ar. c. licet. cir med. [Dig., 3, 34, 6] ibi, absque villa exceptione, ut in fi. de elect. [Decretales, I, 6], ubi etiam tex. sic dicit: In Romana verò ecclesia speciale aliquid constituitur, quòd non potest ad superiorem recursus haberi, etc., igitur, & idem in rege & in regno Franciae, quum nec superiorem recognoscat, ut c. per venerabilem, quando [read: qui] fi. sint leg. [Decretales, IV, 17, 13], non oportet ut exceptiones tales, praesertim civiles admittantur, sicut nec in Papa admittuntur, ut ibi.

§1.3.8 Octava conclusio, quòd si non existente primogenito datus fuit propter aliquam causam legitimam regi coadiutor, quòd inde superveniente primogenito deficit potestas & officium coadiutoris. Probatur conclusio, quia dicit lex quòd supernè mente legitimo desinit dativus, ut l. si tutor, §i. de tut. & ra. dist. [Dig., 27, 3, 9] & l. non solum, §si libertus, de excusat. tutorum [Dig., 27, 1, 10(§7)], & adveniente [27v] domino cessat administrator; hinc dicitur adveniente principe cessat magistratus ut l. i. de offic. procons. [Cod., 1, 35, 1] & l. iii. §de damno infect. [Dig., 39, 2, 3], sed dominus Dalphinus est dominus etiam vivo patre, igitur etc.

FIRST TRACT

§1.3.8a *From the foregoing conclusions it is clear that rule of the kingdom of France belongs to the Dauphin, the king's one and only son, aged 16 or 17, even if the king is unwilling and especially since the king is impaired from ruling. So it was with the brothers of the Dauphin, who predeceased him, who were "first-born sons" and administered the kingdom when the king was impaired, notwithstanding that they were minors.*

Fourth Article of the First Tract

§1.4.0 *The last article enquires whether the king, himself impaired from ruling, can take or block the rule of the kingdom from the first-born son, by appointing a lieutenant or governor and not the aforesaid primogenit.*

§1.4.1 *Ist conclusion. Granting that the primogenit should rule in his own right when the king is impaired, even if the king is unwilling, it is likewise true that if someone is entitled to administer the kingdom as a coadjutor when the king is alive and unwilling, the king cannot take from nor impede that rule.*

§1.3.8a Concluditur igitur evidenter ex praelibatis conclusionibus, quòd illustri domino Dalphino rege unigenito sexdecimum seu decimumseptimum^{†gl} primum agenti annum competit iure suo proprio, ut rei propriae, regni regimen Franciaie etiam rege invito, maximè eodem rege impedito, & ita fuit observatum in fratribus praedicti domini Dalphini praemortuis & primogenitis, qui regni habuerint administrationem rege impedito minori illorum aetate non obstan[28r]te, igitur etc. sicut & Christus cum xii. annorum esset administrationem accepit (& illi se immiscuit) eorum, quae Patris erant, ut scribitur Lucae secundo capite in fine.

QUARTUS ARTICULUS PRIMI TRACTATUS

§1.4.0 *Ultimua articulus quo quaeritur an rex regni regimen posset tollere vel impedire primogenito faciendo locumtenen. vel gubernatorem, qui eo impedito guberaret, & non primogenitus ante dictus, per conclusiones sequentes expeditur.*

§1.4.1 *Prima conclusio, quòd rege regere impeditus, regni regimen pertinet ad primogenitum suo iure et rei propriae, etiam rege invito, ut declaratum est supra in praecedenti articulo; sed ita est, quòd quando ad aliquem rege vivente & invito pertinet regni administratio, utpote ad coadiutorem, rex non potest illud regimen tollere nec impedire, ut c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] saepe alleg. ubi dicitur quod rex non potest prohibere quin coadiutor datus regat & ei obediatur, ut dicit text. ibi igitur, & minus potest prohibere illi, cui suo iure competit, etc. [28v]*

FIRST TRACT

§1.4.2 *2nd conclusion. Consequent to the establishment of a lieutenant or governor in the kingdom, the king cannot impede or block his first-born son from rule of the kingdom, which (as aforesaid) belongs to him whenever the king is impaired, or shares when the king is not impaired.*

§1.4.3 *3rd conclusion. In addition to things already said, the primogenitus enjoys primacy of filiation, priority in administration, seating, dignity, reverence, genuflection and the like, all of which would be contradicted were the father to concede power of rulership to another person.*

§1.4.2 Secunda conclusio, quòd consequenter rex dando locumtenentem aut gubernatorem n regno aut aliter non potest impedire aut tollere primogenito suo regni regimen quo ad eum (ut praedicitur) rege vivente impedito regere, vel non impedito competit, ut praefertur. Probatur conclusio quia illud spectat ad primogenitum suo iure, ut saepe dictum est, igitur illud ei tollere & alteri tradere non potest, ut l. nec avus. de emancip. lib. [Cod., 8, 48, 4] & l. si arrogator, de adopt. [Dig., 1, 7, 22]. Et confirmando praedicta dicit lex, quòd avus cui competit provisio tutelarum nepotum in eius existentium potestate, non potest regimen illorum tutori alicui concedere quando iidem liberi ad regimen alterius ut patris subduntur ut l. i. & ii. de test. tut. [Dig., 26, 2, 1 & 2]. Nam nemo regimen ad alium pertiens diminuire potest, ut dicit l. cùm filius. de testam. milit. [Dig., 29, 1, 28], igitur, etc., rex per donationem locum tenentis aut alterius non potest primogenito diminuire regimen regni sibi suo iure competens, ut praefertur quo confirmatur per di. c. grandi. [Lib. Sext., 1, 8, 2] alleg, ut dictum est in precedenti conclusione. [30r]

§1.4.3 Tertia conclusio ad fortificandum iam dicta quòd primogenito pertinet ad causam primogeniturae & filiationis primitus in administratione, sede, dignitate, reverentia, curvatis genibus & aliter in omni celsitudine prioritas & maioritas cum patre vivo illi à dextris consedendo, ut patet ex dictis in praecedenti articulo, & consequenter esset contra iura praedicta & primogeniturae quòd pater posset alteri concedere regiminis potestatem, sic enim faciendo pater posteriorem primogenito omnibus suo iure praeferreret aut coequaret, quia tanquam locumtenens primogenito praeferreretur, xciii dist. c. fin. [Decretum, Dist. 93, c.25], quod esset contra iura primogeniturae, & ut praefertur hoc patri non licet, ut l. cùm filius [Dig., 29, 1, 28] alleg. & l. nec avus. de emancip. lib. [Cod., 8, 48, 4]. Et pro confirmatione horum facit l. quae dicit quòd illustres per se ad iudicium venire non possunt, ne dignitas eorum minuatur coram inferioribus comparentem, ut in l. quicumque. C. de procurat. [Cod., 2, 13, 25] & in auth. ut ab illu. & super illu. [Novella, 63] & l. fin. C. de iureiur. [Cod., 2, 59, 2]. Infertur ergo consequenter ex praemissis & lucidè demonstratur quòd rex non potest per dationem vel constitutionem locum tenentis potestatem regiminis regni primogenito (ut praedicitur) competentem tollere aliquo modo vel impedire. [29v]

FIRST TRACT

§1.4.4 *4th conclusion. In the case of impairment of the person commissioned to exercise an administration (i.e., not doing so by his own right), the one impeded may, de iure, create a lieutenant and therewith transfer the exercise of authority; such, however, cannot happen where the first-born son has dominion by his own right in the kingdom during the lifetime of the father, even when the father is not impaired.*

§1.4.4 Quarta conclusio ad confirmationem praedictorum, quòd in administrationibus non suo iure sed commisso aut non in re propria sed aliena competentibus, quae propter impedimentum principalis administratoris ad alium de iure devoluuntur impeditus administrare possit dando locum tenen. vel similem impedire administrationem deferri ad alterum ad quem aliàs transferretur; haec tamen facere vel impedire non potest in administrationibus principal devoluuntur. Haec conclusio probatur per l. i. & ii. de test. tut. [Dig., 26, 2, 1 & 2] & l. cum filius [Dig., 29, 1, 28] alleg., iuncta l. 1 de offi. proc. [Cod., 1, 35, 1], ubi patet quod regimen ad alterum, suo iure reali ad futurum, cùm alias provisio de administratore facienda competeret, non potest illi tollere vel amovere. Et per dictam conclusionem patet solutio & ratio quare procu. dato substituto impedit ne propter eius impedimentum potestas procurationis transferatur ad procuratorem, ut habetur in c. si duo. ver. dum tamen de procu. [Decretum, II, 35, 6, 4], & idem dicit gl. in delegato subdelegante in c. cùm plures, de offi. dele. in vi. [Lib. Sext., I, 14, 8] nam hi potestatem habent in re aliena, non in propria & non proprio iure suo domini, & ille ad quem potestas erat transferenda non habebat potestatem contemporaneam, cum impedita ante impedimentum, sed in casum impedimenti erat potestatem habiturus, ut ex tex. dictorum c. si duo [Decretum, II, 35, 6, 4] & cùm plures [Lib. Sext., I, 14, 8]. In terminis autem conclusionis est aliud, nam primogenitus vivo patre etiam non impedito habet dominium in regno, ita quòd impedimentum patris solùm confert totalitatem regiminis & plenitudinem administrationis, ut superius dictum est & ideò ius huiusmodi ratione sui domini & sicut praedictum est primogenito, per l. quum filius de test. tut. q. II. [Non inveni] (videre meo) probant efficaciter propositum. Ex praemissis videtur prima facie, quòd praeses, vel senescallus per donationem & constitutionem locum tenen. possit impedire quòd eo absente vel impedito potestas administrationis ad accessorem non transferatur, sicut in simili de procuratore dicitur in c. si duo [Decretum, II, 35, 6, 4] alleg. & in delegato secundum gl. c. quum plures [Lib. Sext., I, 14, 8], sed fortè dici potest contrarium, nam iurisdictio & potestas accessorum quum sit ordinaria, est favorabilis & radicata in accessore, & consequenter favorabilior & magis favorabilis & solidior quàm sit potestas delegati & procuratoris & similium, ut haec habentur in l. more & l. seq. de iurisd. omn. iud. [Dig., 2, 1, 5 & 6], ubi dicitur quod ordinarii habent suo iure potestatem iudiciariam, delegatus autem & similes habent iure aliena non radicatam in se ipsis, quia proprium nihil habent, ut dicit text in l. 1 § qui mandatis [Cod., 1, 15, 1] & l. cùm praetor. de offi. [Dig., 5, 1, 12], eius cui man. est iurisd. & ideò non tenet consequentia de legato ac procuratore & similibus ad officium iudicis & accessorum, & consequenter praeses sive

FIRST TRACT

§1.4.5 5th conclusion. *When the king is impaired from ruling by madness or a like reason, neither the Pope nor the three estates of the civil and mystical body of the kingdom can give another person the power of coadjutor, or constitute a governor to rule the kingdom, while there is alive the first-born son of the king.*

§1.4.6 6th conclusion. *When the king is demented or insane, prodigal, negligent or otherwise badly administering, there cannot be appointed a curator who does not possess a hereditary or patrimonial right in respect to the kingdom.*

senescallus non potest impedire per dationem lo[30r]cumtenentis vel gubernatoris, quominus potestas transferatur ad iudices & accessores suos ipso absente vel impedito, per. l. quum filius, de testam. milit. [Dig., 29, 1, 28] & §permissum, Instit. de tutel. [Instit., 1, 13] maximè, quia potestas delegati de procuratoris est dependens ab alio, ut l. et quia. de iurisd. omn. iud. [Dig., 2, 1, 6], quod non est in iudice, nec successores, ut l. more [Dig., 2, 1, 5] alleg.

§1.4.5 Quinta conclusio, quòd rege aliquo per dementia aut aliter regere impedito, Papa aut tres status sive corpus civile seu misticum regni alium non potest coadiutorem dare, aut gubernatorem constituere ad regni regimine primogenito existente, vel aliquatenus impedire. Probatum conclusio, ut supra dictum est, maximè in prosecutione proximè praecedentis arti., regni regimen pertinet insolodum dicto casu ad primogenitum, igitur illud ei tolli vel impedire per neminem potest, sicut nec avus potest tutores dare nepotibus quos in sui habet potestate, quando recasuri sunt in alterius, ut pote patris regimen & gubernationem, quatumcumque ille avus privilegiatus existeret, nec aliis fit remisso, l. datio [Dig., 19, 1, 3], ut primogenito delatio hinc dicitur quod nostrum est, sive facto nostro ad alium transferti non potest, ut in reg. iur. id quod nostrum de hoc plenius dicitur in sequenti proximo tractatu in primo art. iv., v., vi., vii. & viii. conclu. Ex quibus pater apertè quòd existente primogenito non est locus dationi coadiutoris rege regere impedito per conclusionem proximè dictam. Et confirmatur, quia quandiu est locus legitimo utpote primo genito, non est locus dativo, id est coadiutori aut gubernatori, ut l. si sororum. C. qui dat. tut. pos. [Cod., 5, 34, 9], & in c. grandi, de sup. negli praela. [Lib. Sext., I, 8, 2] rex Portugaliae primogenitum non habebat, ut dicit text. ibi, ideo fuit [30v] locus dationi coadiutoris.

§1.4.6 Sexta conclusio, quòd regi amenti vel furioso aut prodigo, negligenti aut aliter malè administranti, non potest dari curator quod ad regnum, quod iure hereditario aut patrimoniali non possidetur. Probatum conclusio, quia curatores tantum dantur personis dementium aut bonis patrimonialis, non autem aliis bonis, pro quo c. de rectoribus, etc. pe. & fi. de cle. aegro. [Decretales, III, 6, 3 & 5-6] & c. i. eo tit. in vi. [Lib. Sext., 3, 5, 1] & hoc modo debet intelligi c. grandi [Lib. Sext. I, 8, 2] licet verbis in hoc quidam ibi abutantur.

FIRST TRACT

§1.4.7 7th conclusion. Although there can be appointed a curator for the king when he is demented or insane, his primogenit (if he has one) should be curator of him an his patrimony.

§1.4.8 8th conclusion. The fact that, when the the king is impaired, a coadjutor cannot be appointed to the detriment of the primogenit or other legitimate successor is proven because, when there lacks a primogenit or other legitimate successor, the administration does not belong to a coadjutor who rules in his own proper right.

§1.4.9 9th conclusion. If it should be necessary to give an coadjutor to a king who does not recognize a superior ,this action would belong to the three estates of the realm, who do not have a superior; so it is in the kingdom of France, as will be shown in conclusions 5, 7, and 8 of the first article of the following tractate.

§1.4.9a The foregoing arguments in this article show completely that administration of the kingdom belongs to the primogenit while the king is alive, and especially when he is impaired from ruling, even though he is younger than 25 years; and that neither the king nor anyone else cannot remove or block said rule by the creation of a lieutenant or any other administrator, or by any other means.

End of the First Tractate.

§1.4.7 Septima conclusio, quòd regi amenti vel furioso quod ad personam & bona patrimonialia (si habet) potest dari curator, si tamen habet primogenitum, ille debet esse, ut l. is qui. D. de tuto. & cura. da. ab his [Dig., 26, 5, 12]. Ex hoc quòd curator potest dari, etiam quo ad bona patrimonialia regi furiosi, & non quo ad regnum non patrimoniali, sequitur quod primogenitus habet potiore administrationem in non patrimonialibus patre vivo quàm in patrimonialibus.

§1.4.8 Octava conclusio pro declaratione pleniori quòd rege regere impedito carenti primogenito & alio successore legitimo non potest accipi coadiutor. Probatur conclusio quia deficiente primogenito vel alio successore legitimo non est cui iure proprio competat administratio, igitur etc. per c. grandi. de sub. negli. praela. [Lib. Sext., I, 8, 2] & c. i. de cle. aegro. lib. vi, [Lib. Sext., 3, 5, 1] & c. pe. & fi. c. de rectorib. eo ti. [Decretales, III, 6, 3 & 5-6]

§1.4.9 Nona conclusio, quòd si alicui regi superiorem non recognoscenti dandus esset coadiutor, illus consumptio & institutio pertineret ad tres status regni, quos superiores non habet, ut est regnum Franciae, & per hoc opti. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] & quod no. in trac. seq. in conclu. vi., vii., viii. primi arti.

§1.4.9a Et praemissis igitur edoctum est pro decisione huius artic. quòd primogenito regni spectat administratio rege vivo, & regere praesertim impedito, licet annis minori xxv., & quòd rex aut alius per dationem locumtenen. aut alterius administratori aut aliter non potest illi tollere vel impedire^{†gl} regimen ante dictum, unde pro confirmatione illud Io. Est qui desursum, id est qui à patre venit. s. per generationem super omnino est, & illud servus non manet in domo in aeternum, filius autem sic. Ioan. v. cap. [John, 5, 35].

Primi tractatus finis.